

querit, & cui, exponit nobis Leo in suprema sua ad Theodorum Bibliandrum, Scholæ Turegionensis Professorē & Ministrum, compellatione, quæ præfationi in Tigurina Biblia inserta est, his concepta verbis. *Te autem, charissime mi Theodore, per ipsum Dominum Iesum, cui seruimus (scilicet) oro atque obtestor, ut ea tu in nostra Bibliorum versione absolvas, quæ morbo hoc meo interceptus, transferre absoluerique non potui: Octo videlicet postrema capita Ezechielis, à quadragesimo nimirum capite: Daniele totum, librum Iob integrum, Psalmos siue Hymnos quadraginta octo ultimos, à 102. scilicet Psalmo. Libellos item Salomonis duos, Ecclesiasten & Cantica Canticorum, quos obrerum & orationis difficultatem hæcenus non attigi, volens illos ultimo reseruare conatus. Hæc Leo ad suum Symmytam, & in Zvvingliana vinea cooperatorem: qui precibus locum dedit, & prætermissa à Leone in latinum sermonem ex Hebræo transtulit; libris tamen, quos Nouatores pro apocryphis habent, vt est Tobias, Iudith, Ecclesiasticus & similes, Petro Cholino demandatis. In nouo Testamento Erasmi versionem, sed abs se interpolatam, vsurparunt:*

Atque